

recipi; ut probandis eorum lapsibus adnitilabor A superflus sit, & vanus: Proverb. 24. monemur, non querere iniquitatem in domo justi: non est ergo sapientis, in domo justorum, in scriptis veterum, in libris patrum, querere errorem pietati fidicique contrarium, Imò si (ut humana est infirmitas) aliquibi errarent, non quod erraverint demonstrandum est, sed verecundè tegendum. Bonis enim filiis sic patrum suorum mala displicere debent, ut et tamen alijs occulentes: operimentum sicut Sem & Japhet deferant, ut errorem non probantes, venerantes autem magistrum, nolint videre quod tegunt. Vulgatum est illud de Constantino:

Nice-
phor. lib.
8. c. 16.

Ad quem cum in Conc. Niceno ex omnibus pāne locis Episcopi convenienter, & diversis ex causis B inter se diversa iurgia detulissent; interpellabatur frequenter a singulis, offerebantur libelli, culpæ proferebantur. Dies constitutus cum advenisset: libellos omnes in suo sinu continens, nec quod in eis continebatur legens; Hæ (inquit) querelæ & accusationes magno judici decidēt remittuntur, & statim omnes querimoniarum libellos iussit exuri, ne innotesceret ulli jurgium & sigillatio sacerdotum. Addit & illud; si in Episcopum incideret, alienum thorum violantem, se purpura sui id obiecturum esse, ne tam feedum facinus vulgaretur. Ecce quod imitebatur, Auditores, ecce quomodo ad patrum, ad sanctorum, ad Episcoporum errores non investigando, sed occultando, invitamus. Cavendum enim, ne dum eorum memoriam, tanquam sopitos jam cineres, prophana manu ventilamus, & qua silentio sepe liri oportebat, redivina opinione diffamamus; sequamur vestigia Cham, qui nuditate venerandi Noë, non modò operire neglexit, verum quoque irridendam ceteris enuntiavit. Unde tantam laſe pieatis meruit offendam, ut etiam posteri ipsi, peccati sui maledictis obligarentur: beatis illis fratribus longè dissimilibus, qui nuditatem ipsam reverendi patris, neque suis temerare oculis, neque alienis patere voluerunt; sed aversi (ut scribitur) texerunt eum; Quod est, erratum sancti viri nec approbase, nec D prodiisse; atque idcirca beata in posteros benedictione donati sunt. Quia ut spiritualiter donemur, Sanctorum errata certa, tegere; dubia, in meliore partem interpretari fatigamus; nostrum Aquinatem imitati cuius modestia nota est omnibus hominibus: quam & nobis impertiri dignetur JESUS CHRISTUS DOMINUS NOSTER.

DIXI.

Habua in Scholis Theologicis 27. July
1615.

ORATIO VIII.

Quæ est secunda in laudem S. Thome Aquinas
iis Doctoris Angelici & communis.

March.
12.

SALVATOR de Regina Austri, quæ venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, verba faciens, seipsumque demonstrans enunciavit; Ecce plus quam Salomon hic: si de ANGELICO nostro, de QUINTO Ecclesiæ, de COMMUNI

omnium doctore S. Thoma dixerō, nullus (optimus) sermonis nostri accusabit audaciam. Singulare est enim illud propheticum: Gloriam meam alteri non dabo: ad omnia Christo attributa non pertinet. Qui non confunditur fratres nos voca- Hebr. 2. re, & quodam non servos sed amicos dicere: qua Ioh. 15. dignatione facit eos divinae confortes naturæ, con- 2. Pet. 1. forces facit & gloria. Ad vos ergo, Eximij, Clariſſimi, Ornatiſſimi & Prudentiſſimi vii, licet audenter dicere: Ecce plusquam Salomon hic.

Landatur Salomon quod non petierit sibi dies 3. Reg. 8. multis, nec divitias aut animas inimicorum suo- rumq[ue] possulaverit sapientiam ad discernendum judgmentum: Thomas optavit, & datum ei sensus: in- Epis. 1. vocavit, & venit in eum spiritus sapientie. Epis. 1. ap. 7.

Salomon eo solū tempore quo in vijs David patris sui ambulabat, Spiritum sanctum ejusque donum sapientiam præposuit regnis & sedibus, affectuq[ue] dumtaxat: Aquinas vero sita vita decurso, & corde, & opere divitias nihil esse auxit in comparatione illius, unum (eumentiti licet nominis Fallo & imperfectum) opus in Matthæum regia Par- tribu- fiorum urbe pluris æstimans; & non solùm non sur. S. deprecans mendicitatem, sed voluntariam eligens Ioh. paupertatem. Chrys.

Salomon disputavit à cedro quæ est in Libano 3. Reg. 4. usque ad hyssopum quæ egreditur de pariete: Thomas ab infimo terræ ad supremum cœli, ad cœlestem beatitudinem, ad æternitatem, ad Trinitatem, ad incarnationem, ad mysterium à facilius absconditum.

Salomonis sapientia cum eo legitur perseve- Ecles. 2. rasse: sed quanto cum Aquinate constantius, quem iustitia liberavit à morte; cum an alter in impietate sua corruerit.

Theologi certent, & adhuc sub judice lis fit.

Iratus quippè fuit Dominus Salomon, quod 3. Reg. averfa est meus ejus à Domino Deo Israël: II. Thomæ verò nulla cum Deo inimicitia, semper enim placita erat Deo anima illius.

Salomonem prosperitas enervavit: Thomas & Sap. 4. in prosperitate humiliis, & in adversitate fortis.

Illi iuficavit Deus adversarios, ob peccata: in hunc consurrexit Sathan per malevolos, sed ob virtutem, ob scientiam, ob gloriam.

Salomonis cor depravatum est per mulieres 3. Reg. ui sequeretur Deos alienos: cor Thomæ ita II. perfidum erat cum Domino Deo suo, ut mulierum nulla eum tentarit, de qua palmam ipse non tulerit.

Salomon magnus effectus est, & præcessit om- Ecel. 1. nes sapientia qui fuerunt ante ipsum in Jerusalem; Thomæ sapientia præ ceteris (excepta canonica) Inn. 6. habet proprietatem verborum, modum dicendo- vel, ut rum, veritatem sententiarum, ut qui magnum alij vo- olim Dominicanorum, nunc torius orbis nomen lant. & decus COMMUNIS ET ANGELICI DOCTO- quintus RIS titulo celebretur. in ferm.

Magnus ergo vir Aquinas, & multarum virtutum clarus inqibus, quem votis suis nec philo- plusquam sophia superare, nec eloquenter possit aquare: ac Salomonis talis plane, ut sine fuso dicere possim, ecce plus hic. quam Salomon hic. Sublimitatem porrò ejus, ut sermone nostro saltē adumbremus, quanta fuerit in eo humilitas prius consideremus, ea enim virtus ordine prima est, fundamentumque ceterarum: & quantam unusquisque disponit super imponere